CHRONOLOGIA LIBRORUM NOVI TESTAMENTI.

Anni æræ vulg.	Anni à Paſſione		Anni à correct. Iul.	Anni Imper. Rom. TIBER.
33	0	CHRISTUS hoc anno mortuus eſt.	78	19
39	6	MATTHÆUS primus omnium Hieroſolymis & Hebræo ſermone ſcribit Evangelium, ob eorum maximè cauſam, qui crediderant è Iudæis.	84	CALIG. 3 CLAUDIJ.
43	10	MARCUS Evangelium ut illud à Petro audierat, Romæ ſcripſit, at idiomate Græco, *Hieronym. Aug.*	88	3
		PETRUS eodem anno ſcribit PRIMAM EPISTOLAM ſuam, paulò ante diſceſſum Marci in Alexandriam, cuius meminit in fine.		
52	19	LUCAS hoc anno Evang. ſuum ſcripſiſſe videtur, dum in comitatu Pauli Achaiæ & Beoſiæ partes peragraret, *Hieron.*	97	12
		PAULUS eodem anno Corinthi ſcribit		
		PRIMAM AD THESSALONICENSES Epiſt.		
		Paulò poſt data eſt AD EOSDEM ALTERA, ut clariùs quæ de die iudicij dixerat, explicaret.		NERONIS.
56	23	AD GALAT. Epiſt. hoc anno ſcripta eſt.	101	2
57	24	PRIMA AD CORINTHIOS hoc anno.	102	3
		SECUNDA AD EOSDEM.		
		AD ROMANOS data Corinthi.		
62	29	AD PHILIPPENSES ſcripta eſt Romæ ex vinculis.	107	8
		AD PHILEMONEM eodem anno & loco.		
		AD COLOSSENSES.		
		AD EPHESIOS.		

Anni æræ vulg.	Anni à Paſſione		Anni à correct. Iul.	Anni Imper. Rom.
63	30	AD HEBRÆOS circa idem tempus Timotheo concaptivo Pauli iam ſoluto.	108	9
		ACTA APOSTOLORUM ad hunc uſque annum perducit Lucas.		
66	33	AD TIMOTHEUM PRIMA Philippis ſcripta videtur circa hunc annum.	111	12
		Eodem tempore miſſa in Cretam AD TITUM EPISTOLA.		
		SECUNDA AD TIMOTHEUM Romæ, è ſecundis Apoſtoli vinculis data eſt circa finem huius anni aut initium ſeq.		
67	34	SECUNDA PETRI EPIST. ſcripta eſt paulò ante eius mortem, die 29. Iunij anni 13. Neronis aſsignatam.	112	13
		EPIST. IACOBI, Alphæi nempe filij Ieroſolymorum Epiſcopi, quo tempore data ſit, incertum. Hieronymus vult enim mortuum anno 30. à Paſsione; unde apparet hanc non inter ultimas reponendam.		
		EPIST. IUDÆ, fratris ſupradicti Iacobi, poſt aliorum Apoſt. mortem data videtur, ut ex eius verbis, ℣. 17. colligi poteſt. Quo anno incertum.		DOMITIANI.
94	61	IOANNES APOSTOLUS in exilio ſcribit APOCALYPSIM:	139	14 NERVÆ
96	63	Inde reverſus, EVANGELIUM ſcribit omnium noviſsimus.	141	1 TRAI.
98	65	EIUSDEM TRES EPIST. circa illud quoque tempus videntur datæ. Nam paulò poſt, Traiani ann. 1. vitâ functus eſt, anno vitæ circiter 99.	143	1

ATQUE HÆC DE TEMPORE QUO LIBRI NOVI TESTAMENTI SCRIPTI FUERE.

Sa-

Sacerdotum Stemma, ſub Macedonibus.

IOANNES;
Filii fuêre, inquit Ioſephus, *Antiq. lib.* 11. *c.* 7.

Iaddus, Qui Alexandro Magno occurrit anno Mundi 3672.

Manaſſes I. Qui templum condidit in monte Garizim circa annum 3675.

Onias I. *priſcus* dictus, Sub quo Ptolemæus Lagi, urbem cœpit & Iudæos fecit tributarios.

Manaſſes II. Qui poſt fratris filium, Eleazarum, ſacerdotio functus eſt.

Simon I. *iuſtus*, Sub quo Iudæi pacem habuêre.

Eleazarus, Qui fratri Simoni ſucceſsit, quique miſit LXXII. Interpretes Ptolemæo.

Onias II. *avarus*, Qui Ptolem. Evergetem adversùs Iudæos concitavit, negatâ 20. talentorum penſione, quam Ægyptiis ſummi Sacerdotes ſolvere conſueverant.

Filia, *Nupta* TOBIÆ.

Tobias, De domo David, cuius meminit Lucas, ut quidam volunt, *c.*2. ℣. 4. *&* *c.*3. ℣. 25. ſub nomine Mathathiæ.

Ioſeph, Princeps populi de domo David; cuius etiam meminit Lucas, *Luc.* 2. ℣. 4. *& cap.* 3. ℣. 26. Qui Ptolem. Evergetem placavit.

Simon II. Qui Hyrcano auxilium tulit adversùs fratres ſuos; huius filii fuêre.

Ianna Hyrcanus, Ultimus princeps de domo David; à Luca & iam memoratus cap. 3. ℣. 27. ſub nomine Ioanna, ad quem ſpectant quæ refert *Ioſeph. Ant. lib.* 12. *cap.* 4.

Onias III. Vir pius & ſanctus, qui ſanitatem Heliodoro reſtituit.

Iaſon, priùs *Ieſus*, Qui à Menelao Pontificatu eſt eiectus, & apud Lacedæmonios exul eſt mortuus.

Menelaus Ab Eupatore, ut fax totius belli occiditur.

Lyſimachus, Quô lapidato, Menelaus novis largitionibus pontificatum recuperavit.

Onias Huius filius infans eſt relictus, qui in Ægyptum delatus, Philometoris & Cleopatræ res iuvit, & templum ONION dictum condidit, anno Mundi 3854. Quod poſtea à Paulino Romano duce, ſub finem belli Iudaici incenſum eſt.

Alcimus, *ſive* Iacimus, Non ex poſteritate IESU, qui populum reduxerat: ex Aaronis tamen familia, à Deo ob impia facinora percuſſus obiit à morte Machabæi iam anno elapſo; cuius proinde ille ſucceſſor non fuit. Exinde verò civitas pontifice caruit per ann. 7. & m. 5. donec IONATHÆ creſcente potentiâ, Aſiæ reges pontificatum detulerunt.

Helcias & Ananias, Qui iuverunt Cleopatram, cùm pulſo filio Lathuro regnum occuparet.

Aſmonæorum Stemma.

MATHATHIAS
Filius fuit Ioannis, filij Simonis, filij Aſmonæi; Hieroſolymorum ſacerdos, non tamen ſummus; Antiocho Epiphani fortiter reſtitit.

Machabæus, Qui Antiochum Epiphanem, & Eupatorem, Demetrium, & Nicanorem & Gorgiam multis præliis vicit.

Ionathas, Qui Machabæo ſucceſsit, & à Regibus Demetrio & Alexandro Bala ſummum accepit ſacerdotium.

Simon, Poſt Ionatham, dux & Pontifex electus.

Ioannes Hyrcanus I. Qui primus à Macedonibus defecit, Arcem, poſteà *Antoniam* dictam, condidit, in qua Stolam ſacram repoſuit.

Iudas Ariſtobulus I. Qui primus regium ſibi diadema poſt captivitatem impoſuit, matrem fame necavit, Antigonum fratrem occidit, tribus aliis in carcere clauſis.

Alexander Iannæus, Quem Salome, ſive Alexandra, Ariſtobuli uxor ſolvit, ac regem conſtituit, maritumque accepit. Quique moriens eam monuit, ut cadaver ipſius Phariſæorum arbitrio permitteret, ac omnia ex eorum conſilio adminiſtraret.

Hyrcanus II. Cuius varia fortuna fuit, & bella continua, ſive cum fratre, ſive cum Herode. A quo tandem ſupplicio eſt affectus.

Ariſtobulus II. Qui, fratre in privatum ordinem redacto, regnum & ſacerdotium per tres annos occupavit: tandemque à Pompeianis veneno ſublatus eſt. Eius filij fuêre.

Alexandra. Herodis ſocrus, patruelis Alexandri uxor, mater Mariamnes.

Alexander II. Qui cùm multa turbaret in Iudæa, iuſſu Pompeij eſt ſecuri percuſſus.

& **Antigonus,** Herodis hoſtis infenſiſsimus: tandemque iuſſu Antonij, ſecuri percuſſus.

Mariamnes, Impotentior mulier quæ nupſit Herodi, ab eoque eſt interfecta. Ex huius tamen poſteritate orti ſunt duo Agrippæ Reges.

& **Ariſtobulus *iunior*,** Studio matris ſororiſque precibus Pontifex creatus ab Herode, anno ætatis 17. Mox in piſcina ab eodem ſuffocatus. Ultimus hic Summus Pontifex fuit ex Aſmonæorum familia.

He-

Herodiadarum Stemma.

ANTIPATER.

Homo naturâ factioſus, natione Idumæus, ab Alexandro Iannæo Idumææ præfectus, ARISTOBULUM prælio vicit & in Templo oppugnavit, HYRCANUM in regnum reſtituit, venenoque à Malicho prædivite Iudæo periit; Eius fuêre liberi,

- **Phaſaël** Hieroſolymitanæ dux regionis à patre conſtitutus, Felicem prælio ſuperavit.
- **HERODES MAGNUS** Annos natus 25. Galilæam curandam à patre accepit: REX EST APPELLATUS anno 6. correctionis Iulianæ, INNOCENTES trucidavit; & cum 37. annos regnaſſet, tabe confectus miſerè occubuit. Ingentem ex pluribus uxoribus reliquit proſapiam; Horum præcipui fuêre: Ex
- **Ioſeph.** Qui, Herode Romam profecto, familiam eius curavit.
- **Pheroras,** Cui Herodes regni curam mandavit; cum ad Cæſarem Rhodum acceſsit, Toparchiamque obtinuit deciſis de ſuo regno 100. talentorum redditibus.
- **Salome *filia*,** Cuius in liberos & uxores regis ubique infenſa odia: Coſtobaro ſecundo marito ſuo libellum repudij miſit, more Iudæis inuſitato.

Ex (Herodes Magnus):

- **Dorite *plebeiâ*.**
  - **Antipater,** privato adhuc patre, genitus & priori eius teſtamento heres relictus; ac tandem à patre in vinculis coniectus, ante diem 5. quàm moretur, neci datus.
- **Mariamne *Aſmonæâ*, (de quâ ſupra.)**
  - **Alexander *&* Ariſtobulus** Sebaſte patris iuſſu ſtrangulati.
    - **Agrippa,** etiam Herodes dictus: A Tiberio coniectus in vincula, à Caligula exaltatus, à Claudio confirmatus in regno & auctus, IACOBUM occidit, PETRUM vinxit, ac percuſſus ab Angelo, Cæſaræ interiit; Eius liberi fuêre
      - **Agrippa iunior,** Qui PAULUM cauſam orantem audiit: primùm rex Chalcidis poſt mortem patrui per quadriennium fuit; pôſt ei Imperatores Claudius, Nero ac Veſpaſianus plura dedêre.
      - **Berenice** Inceſti cum fratre ſuſpecta, à Veſpaſiano plurimi habita, à Tito eius filio in uxorem expetita.
      - **Druſilla,** Quæ relicto marito Azizo Emeſenorum rege, Felici Iudææ procuratori nupſit, ex quo matrimonio procreatus eſt ille **Agrippa,** qui poſtea incendio Veſuviano periit.
    - **Herodes** Rex Chalcidis, qui mortuo fratre, Stolæ & eligendi Pontifices ius obtinuit huius filius **Ariſtobulus,** cui Nero principatum minoris Armeniæ dedit: quique, mortuo Philippo, *Salomen* ſaltatricem accepit uxorem.
    - **Herodias,** Quæ patruis ſuis nupſit: primùm *Philippo*; deinde *Antipæ*.
- **Mariamne *Simonis Pontificis filiâ*.**
  - **Herodes, Philippus,** quoque dictus, cui nupſit *Herodias*, ex eoque matrimonio procreata eſt ſaltatrix illa **Salome.**
- **Maltace *Samaritanâ*.**
  - **Archelaus** Cui Auguſtus dimidiam regni partem ſub Tetrarchiæ nomine conceſſit; tandemque *Viennam Galliæ* relegatus, miſerè obiit.
  - ***&* Philippus** Qui Archelao *germano fratri*, contra Antipam adfuit; & cui nupſit *Salome* ſaltatrix, quique ſine liberis mortuus eſt.
- **Cleopatrâ *Hieroſolymitanâ*.**
  - **Antipas, Herodes** quoque dictus, qui prioris Philippi uxorem tulit, IOANNIS caput amputavit, CHRISTO docenti inſidiatus eſt, & eidem in paſsione illuſit: Ac tandem ad Lugdunum Galliæ ex illo damnatus, in Hiſpaniam fugit, ibique cum ſua Herodiade periit. *Ioſeph. l.2. Belli cap.* 8.

His duobus alteram regni partem conceſsit Cæſar ſub Tetrarchiæ nomine, nempe,

- **Philippo** Traconitidem, cum Bathanea, & Auranitide, ac parte Zenodori domûs & 100. talentis annuis.
- **Antipæ** Galilæam & Peræam cum 200. talentis annuis.

Atque ita, Herodis ampla licèt & copioſa progenies, paucis exceptis, intrà centum annos periit. *Ioſeph. lib.* 18. *cap.* 7.

FINIS.

MATRITI.

Typis IOACHIMI DE IBARRA.

ANNO M. DCC. LXVII.